

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 139. Burgundiæ Ducissa Maximiliano Archiduci desponsata

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

quem erroris sui consciū sera nimis Sæcul. XV.  
poenitentia subiit; Nihilominus Rober- A.C. 1477.  
tum Gaguinum Ordinis Trinitariorum  
Generalem in Flandriam misit, ut has nu-  
ptias impediret: hic tamen sperato suc-  
cessu frustratus est; Cæsarīs enim Le-  
gati ad alloquium Ducissæ perbenigne ad-  
missi, Legationis suæ argumentum expli-  
cant, epistolam unacum annulo, quem  
Ducissa Maximiliano dederat, exhibent,  
atque in memoriam revocant Burgundiæ  
Ducis ejusdem Patris consensum, deni-  
que sponsionis suæ fidem exsolvi suppli-  
cant.

### §. CXXXIX.

#### *Burgundiæ Ducissa Maximiliano Archiduci despōnsata.*

Maria de Burgundia Legatos optato  
honorabat responso. Igitur quan-  
tocius nuptiarum pacta instruuntur, &  
Legati ad Maximilianum decernuntur;  
cum vero ejus Pater parcissimus esset,  
nequidem ad tantam solemnitatem ne-  
cessarios sumptus impendebat, quapro-  
pter Sponsus cum exiguo comitatu Co-  
loniam usque obviam processit, Ducissa  
tamen quod pompæ deerat, supplevit, at-  
que octingentos equites præmittebat,  
necnon necessarias suppeditabat pecu-  
nias, ut Maximilianus Colonia Ganda-  
vum

**Secul. XV.** vum iter suum prosequi posset, (\*) ubi  
**A.C. 1477.** tamen summis honoribus exceptus est,  
 ac nuptiarum solemnia cum Ducissa Spon-  
 sa sua die decima octava Augusti Anno  
 Domini millesimo quadringentesimo se-  
 ptuagesimo septimo celebravit.

## §. CXL.

*Inducioꝝ inter Galliarum Regem &  
Maximilianum.*

**S**ub primis nuptiarum auspiciis Maria de  
 Burgundia non adeo potens auxilium  
 in novello suo Sponso repositum habe-  
 bat; hic enim nec ab Imperatore Pa-  
 tre suo suppetiis juvabatur, nec a Sigis-  
 mundo Patruo suo validam opem spera-  
 re poterat; eoquod is ferme imbecillis  
 a publicis negotiorum curis penitus ani-  
 mum abstraxerat. Ergo Maximilianus  
 ad Flandros confugit, quorum subdicio  
 exercitum conscribit, junctisque octingen-  
 tis equitibus sibi ex Germania adductis,  
 Valentianas & Duacum contendit, Gal-  
 Comin. l. 3.  
 cap. 6. in fin. lorum copias aggressurus. Ludovicus XI.  
 inopina Archiducis celeritate jamjam ad  
 bellandum expediti non parum perterri-  
 tus, misso ad eum Chimajo Comite in-  
 ducias

(\*) Continuatorem, cum hujus fabulae nol-  
 lum omnino Auctorem alleget, haud temere  
 ipsumet illius Architectum esse credimus.